PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 96r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



deprehensum Gla Sic inquit So Qui igitur decora ~~pla~~ plura
circumspiciunt ipsum autem decorum minime cognoscunt neque ad
id ducentem queunt imitari tum plura iusta non iustum
cogitant Hos nempe de omnibus dicemus opinari Horum
vero que opinantur nichil prorsus intelligere Gla Nece
sse arbitror So Qui autem quelibet ipsa videns ac ea
semper secundum idem eodem modo contemplatur nonne
agnoscere dicemus non autem opinari Gla Fateor id quidem
So Nos igitur amare et amplecti putamus illa de
quibus maxime apud eos est cognitio Illos vero de
quibus est opinio meministi nempe ut a nobis dictum est notum
et colorum venustatem spectari ab hiis et diligi ipsumque
decorum velut ens neque quoque tollerari Gla Memini profecto
Socr Errabimus ne igitur philodoxos non philosophos eos
appellantes et si nobis hec dicentibus apprime sunt sint
succensuri Glau Minime inquit si michi parceant quippe
veritate succendi haud quaque decet So Ipsum igitur
quodlibet ens amplectentes philosophos non philodoxos dicemus
esse Gla Prorsus inquit assentio

Platonis Atheniensis philosophi illustrissimi celestis policie
liber quintus explicit feliciter

Ad illustrissimum et literatissimum principem dominum hum-
fredum ducem cloucestrensem de omnibus platonice policie
libris breuis annotatio P Condidi incipit feliciter

5 Sepe numero admirari soleo princeps illustrissi
me cum ceteras huius prestantes ac diuini
philosophi virtutes tum vel maxime quod
ea que ingenio perficere conatus est adeo luculenter
ornate grauiter exponit ~~et~~ ut nichil illius
scriptis ne dum uberius et gratius sed ne subtilius quidem